

HOMO NON HOMO
S I V E
MONSTRVM
TYBINGENSE

OB VIRVLENTISSIMAM QVAM
spiravit auram legitime

Dissectum & Euisceratum

à

DAVIDE VERBEZIO
CARNO-LVBEANO PHILOS.
ET MEDIC. DOCT. AC REI-
publ. Ulman. Physico
ordinario.

Proverb. cap. 26. v. 5.

*Responde Stulto secundum Stultitiam eius, ne sa-
pere sibi videatur.*

Fran. Coppini

n^o 499:



Doctoris Physici

CAMPDVNI
Excudebat Christophorus Kraus,

M. DC. XVIII.

11477

HOMO NON HOMO

S I V E

MONSTRVM

TYBINCENSE

GE WITTELISSIMAM QVIN

Dilectum & Barbastrum

S

DAVIDE VERBESIO

CARNOLVRBANO THIOS

at Medic. Doct. Acad.

publ. Vinar. Physico

ordinatio


49215878-01

51512003-111

CAMPODANI

Ercebat Christophorus Kraus

M. DC. XVIIII



SERENISSIMI FER-
DINANDI BOHEMO-
RVM REGIS

ARCHIDVCIS AVSTRIÆ
&c.

Consiliario & Medico

NOBILI ET CLARISSIMO VIRO DN.

MATTHIAE SCHRA-
MELIO, AFFINI SVO
CHARISSIMO.

DAVID VERBEZIVS
Offert ac Dedicat.

Nihil nostro in orbe nunc frequen-
tius est, Affinis Clarissime, nihil
communius, quàm nouarum re-
rum cognoscendarum desiderium. Hinc v-
bique locorū, & omni tempore, ab omnis
conditionis ac sortis hominibus dicuntur

& audiuntur nova, vera, ficta, permista.
Non itaque me Tibi non fictum, sed verissi-
mum Novum nunciantem ægrè ferens. De
Africa vulgata est historia, ipsam Monstro-
rum esse feracissimam: idem de Germania
etiam nostra si proh dolor dixerimus, non
omninò à vero aberraverimus. Alit enim,
& quidem cum veneratione quadam, præ-
ter alia τέρατα ζῷα HOMINEM NON HOMINEM,
sub humana figura beluam virulentissimã,
vafram, callidam, insidiosam, versutam, fal-
lacẽ, & vt Platonis verbis vtar, δυσθήρατον ζῷον:
imò furiam teterrimam, serpentibus succin-
ctam; cui oculi flagrant micantque, labia
quatiuntur, dentes comprimuntur & stri-
dent, flatus est igneus, qui ipsam rūpit nisi e-
rumpat, Sanguineum quatiens dextrã Bel-
lona flagellum. Externa hæc imago cum
tam fæda sit & horrenda, qualem intrã
Monstro putas esse animum, & quantò illi
terribiliorem intra pectus vultum? Hoc
Monstrum acuto dissectum atque euilce-
ratum veritatis cultro, salequè conditum,
Tibi Afinis Clarissime videndum & perlu-
strandum mitto. Nullum Tibi à maligna e-
ius

ius aura, si quam fortè adhuc spirat, metu-
enda est noxa. Redit namque, vt D. Augu-
stini verbis vtat, continuò & ictu reciproco
affligit, intacto eo quem petere volebat.
Spoliatum præterea est visceribus, Lingua
evulsa, Dentes confracti, incurui amputati
vngues & Cauda præsecta. Perlustra itaque
ratione & animo hæc omnia, ac pro Tua sin-
gulari eruditione & peritia, ob quam Regi
etiam es gratus, perpende & iudica. Vale,
Affinis Clarissime, & me ama: affectumque
hunc mutuis literis, quæ vagētur per studia
nostra, fove. Clarissimum tuum Collegam
D. D. Gabelchoverum, Sororem item meā,
Socrum Tuam charissimam, vt & Coniu-
gem ac liberos meo nomine officiosè &
per amantè saluta. Ex Imperiali Vlma. XV.
April. MDCXVIII.

*lib. contr.
epist. Par.
meniani.*

A 3 OMNI-



OMNIBVS VERI ÆSTIMATORIBVS

CANDIDIS ET ÆQVIS
Salutem.



VA occasione, quibusvera-
tionibus commotus non ita
pridem Exercitationũ Me-
dicarum librum, publico
vere- Literatorum iudicio
commiserim, Candidi & æ-
qui Æstimatores Veritatis,
ex præfatione opusculo
præfixa vos abundè perce-
pisse, ac simul cognovisse,
me rerum momenta sequutum, pro vtilitate publica
veritatisquè patrocínio absque iniuriis pugnasse, non
dubito. Etsi verò iam tunc præuidebam non defutu-
ros Zoilos, ignavos quosdam literatorum fucos & ca-
lumniatores Argiuos, qui huius scriptionis occasio-
ne in personam & dignitatem meam, pro nostrorum
temporum atque locorum licentiosa petulantia, ex
cæco levis ac libidinosa malitiei affectu Andabara-
rum more sint debacchaturi: ab Antagonista tamen
meo nil minus quàm maledictorum nimbos, quorũ-
dam

dam ἀμύσων literatorum solita quidem, imbellia tamen missilia; sed solidam potius & verè Philosophicam scripti mei eversionem, ac refutationem expectavi. QVIS enim ab homine Sene, Pio, Veritatis studiosissimo, & qui Philosophiam ac Medicinam per multos annos publicè in Academiis docuit, aliud quidpiam, quàm quod ingenio perfectum, elaboratum industria, & solidis rationibus integrè firmatum, sperare ausit? Sic & expectationi aliorum, qui publicam prouocationem, quàm mea videre scripta auebat, legunt; & suæ authoritati ac facultati, quam homini ingeniosissimo, Analytico incomparabili, Physico subtili, & Medico excellenti, quotidiana exercitatio & studium continuum, debebat attulisse, satisfacisset abundè. Verùm eventus opinionem meam fefellit. Antagonista namque repente & è vestigio, ac præter cogitationes meas, velut aliquo Circeò poculo ex Homine in Beluam virulentissimam indignissima μεταμορφώσει commutatus, nil nisi rabiem, crudelitatem, furorem, mendacia, convitia, maledicta & alia delirantium insanientiumvè tela, pro rationibus, προλογία (quæ per argumenta, non per convitia sui est defensio) & Philosophica refutatione reposuit: & verè præcocem præcoci ac caninæ maledicentiæ & nequitiei προδρομον præmisit in quo non humanum, multò minus verè Philosophicum, sed Monstruosum suum ingenium propriis ac genuinis coloribus tam affabre depinxit, vt ne Apelles quidem melius potuerit. Adeò namque scurriliter, virulenter atque acerbè me impudentissimum illud animal insectatur, vt omnes Christianæ charitatis, (quam Hypocrita astutè simulat)

lar,) ciuilis verecundiæ, (quam non curat spurcissimū os) Philosophici decoris (rabiosa namque est canicula) limites impudentissimè transilierit. Cōgestis quippe ac corrasis virulentissimarum criminationū plaustris, ea me petulantia ac temeritate in præcoci suo præcurfore traduxit, ac si Sophistarum quotquot vspiam sunt, fuerunt, eruntquè arrogantium, vanorū, ignorantium, essem arrogantissimus, vanissimus, ignorantissimus.

Huic namque Cyclopi sum *Compiler Sophisticus*, infelix & errabundus; *Hypocrita Pietatis expertus*; à vero alienissimus; *Sophista iniquus, ineptiens, petulans, omnium execratione dignus, disciplinas & modos sciendi confundens, analyticam ignorans, & θεσιν φυλάττων*; *Philosophiam & Medicinam Paralogismis peruertens, eisq; vim inferens & viris bonis ac literatis molestus*; *Monstrum Sophisticum; simulacrum aptissimum ad effigiem Sophistarum exprimendam; negligens iuramentum Magistratui præstitum; Aristarchus; Reprehensor iniquissimus, ineruditus, iners; Censor grauis, ineptus; Os habens rabidicani saliuæ refertum; Thraso; Cumanus Leo, ferox, laruatus; indoctus & loquax Sciolus; Scriptor ineptus; Semiphilosophus; gregarius Philosophus & Medicus; Philosophaster; Pseudomedicus; Empiricus; Rhetorculus; Logodædalus in specu Platonico oberrans; Astrologus rudissimus; Sycophanta; impudens Obtrectator; superbus Erro, ineruditus Disputator, bipedum insolentissimus, Scurra, Asinus ad lyram Philosophicam sedens, &c.* Hæc Encomia sunt egregia, quibus modestissimus, piissimus, optimus & literatissimus Philosophiæ Dictator, & Medicorum Monarcha, ex opulentissima sua gaza, quam totius Encyclopediæ non capit orbis, depromtis, meam existimationem

atq; e

atque famam, modestissimè it exornatum. Sed & Exercitationes meæ huic incomparabili Viro sunt *vanissima, in docta, iniuriis & erroribus referta, Vulcano tradenda, quas etiam Deus optimus maximus per alium quendam terribilissimi huius Achillis libellum, debitis meritisq. pænis sit vindicaturus.* Nec isthæc sufficiunt, sed in auxilium vocatur rudis Versificator, syllabarum quantitates ignorans, Cerdonis filius, nebulo nequissimus, qui me non solùm Scurram ignominioso nomine appellare, verùm etiam Torquem, ornamentum cum privata, tum mihi cum familia mea communis, & S. Cæsar. Majest. Clementia concessæ Nobilitatis, exprobrare, & priuilegia Cæsarea ludibrio habere, audaci, sed pænitando conatu ausus est. Hisce & similibus aliis conuitiis ac calumniis, quas in spurcissimo suo ac infami libello in nomē & personam meam spurcissimè effutiuit os impurissimum, & contra omnes humanitatis ac pietatis leges crudeliter e vomuit, veluti furioso quodam strepitu, confici Verbezii arma, aut animi qualemcunque vigorem subito, cōcidere posse, putavit, & verè putavit, non enim scivit Pseudodemonstrator. Talia namque eodem loco mihi cum Senecæ Demetrio sunt, quo ventre redditi crepitus. Quid enim mea refert, sursum isti an deorsum sonēt? Nunquid detrimenti facit Vir bonus, iniquis iniquorum rumoribus aspersus? Quanta dementia est verè ne infameris ab infamibus? Sicut enim avis movetur, & Hirundo prætervolat, sic maledictum immerentes non ferit. *Prover. cap. 26 v. 2.* Dum enim maledici convitiatores ferire alios cogitant, semetipsos lethaliter vulnerant; & eo ipso palàm omnibus bonis

& intelligentibus notum faciunt, quàm inermes atque inermes sint bestiolæ, Sophisticæ fucò sordidissima cariosi sui Cerebri vlcera obtegentes. Quapropter pistrinensem hunc Convitiatorem, quantum ad ipsum quidem, quà ipse est, attinet, nulla responsione dignum, sed Pharmacum eius ori apponendū, quod humano morsui præscribunt Medici, aroma nempe quod porcis allubescit, iudicarunt mecum amici non bullatæ, sed solidæ eruditionis. Non enim respondendum stulto secundum stultitiam suam, ne efficiamur ei similes, præcipit Vir Sapiens *Proverb. capit. 26. vers. 4.* & qui cum homine pravo ac impio contendit, five amanter five rigidè cum eo agat, non invenit requiem, eodem ibidem *cap. 29. vers. 9.* admonente. Bona enim verba huiusmodi homines timiditatem interpretantur, & diffidentiam de bonitate causæ: paulò asperiora dicta pro iniurijs & contumelijs accipiunt, & novam subinde occasionem rixandi venantur. Verùm Famam atque existimationem meam, quam vanus, futilis, atque mendaci loquus Præcursor in scelerato ac infami suo libello, arrodere pro viribus conatur, cuius maior quàm Divitiarum, *Proverb. cap. 22. vers. 1.* & *Iuvenal. Satyr. 1.* imò quàm Vitæ ratio habenda, considerans, Stulto & impio secundum stultitiam suam respondendum duxi, *Proverb. cap. 26. vers. 5.* ne me causæ meæ diffidentem non habere quod respondeam *Sirac. cap. 20. v. 1.* vel arena cessissè, aut *πυρρός* commotum causam deseruisse, existiment ij, quibus vel meæ causæ bonitas & famæ integritas, aut Antagonistæ connata arrogantia ac maledicendi op-

di ὀργασμὸς & furor non satis est perspectus. Officium etiam, quod veritati, quod bono publico, quod nobis, liberisque debemus, id ipsum summo iure à nobis postulat. Quapropter cùm licitum sit in omni iure, & exprobrare Convitiatoribus caninam istam petulantiam, ac legitimè retorquere, & vindicare legibus: ideò omnium primò in Monstruosum Convitiatorem, & Collusores suos omnia convitia, maledicta & crimina in genere retorqueo, quo iure, qua religione possum ac debeo. Et si fortè affectibus videor esse concitior, non animo iniurandi, qui in provocato, vt Iurisconsulti tradunt, abest, sed iusto animi dolore, quem compescere difficile est, propter facti indignitatem, & malitiei violentiam, id à me, qui non Cato, non Seneca, aut alius ex Stoicorum familia ἀπὸ τοῦ sum alumnus, factum sciant Lectores.

Deinde, in specie etiam ad nonnulla libelli famosi mendacia ac turpitudines, assutosquè errores vt respondeam, negotii ipsius postulare videtur qualitas. Hinc enim Vos Candidi Lectores percipietis, me Veritatem in Exercitationibus meis defendisse strenuè, & Antagonistam ita de ponte deiecisse, vt præter convitia & maledicta nil nisi nugas & figmenta proferre potuerit, & sic omnibus manifestum reddiderit, quòd insolentis obstinatissimiquè Sophistæ personam egerit sedulò.

Prodromus.

IActitabat vndique Convitiator, se responsionem solidam, ac verè Philosophicam Exercitationū mearum, tunc temporis nondum Typis impressarum, & propterea Sophistæ nec visarum nec lectarum, refu-

tationem, intra paucos dies esse editurum: & sic ob summam eruditionis perfectionem victoriam ante triumphum canebat: stultorum atque improborum more hominum, qui uti Salomon in *Proverb. cap. 18. v. 13.* scribit, prius respondent quàm audiunt. Sapiens enim tacet, expectans opportunitatem, quam præcox & demens transilit. *Sirach. c. 20. v. 7.* Verùm dum responfionem ac refutationē solidam ab incomparabili Analytico expecto, ecce præcocissimus præcurrit Prodromus, Vespertilio lucem fugiens, libellus infamis & legibus prohibitus: & prodit inter cõplexum ac muros Academiae TYBINGENSIS, Typis Cellianis; & impune in nudinis Francofurtensibus distribuitur. Hanc Academiam libellis famosis delictari, & flagellationem immerentissimorum probrosam & infamem Typis suis approbare, ac scele- rum huiusmodi, mendaciorum, convitiarum, impudentiæ, nequitia se participem facere, in animum suum non inducunt prudentiores: utpote qui tale quidpiam de ipsa, ob iustitiæ encomia & gloriam, suspicari vix queunt. Ipsius itaque partium erit, videre quid de atrocissimo calumniatore, & iniuriõssimi ac famosissimi libelli chalcographo ex officio & legibus statuere debeat.

Compilatores.

PLAGIVM committit mendacissimus Sophista, qui labores meos & γνώστων meum fatum mihi suffurari & nescio quibus Compilatoribus adscribere non veretur. Nec clam hoc actitat & insidiosè, sed & per suos

suos quosdam nugigerulos emissarios & excursores, quadruplatores deterrimos, id palam spargit nequissimè.

Mentitur cum suo turpi sodalitia turpissima bestia: quam cum collusoribus, vt & in auxilium vocato Verificatore spurcissimo, beano impudenti, pro nequissimis Plagiariis ac infamibus Scurris, donec criminationem hanc probaverint, reputo & habeo. Non certè talis aut tantus hic est Sophista, cui armis aut humeri mei sint impares, & propterea aliorum fulcro aut auxilio indigeant. Expertus hoc est Sophista mercenarius, quem olim absurdissimum atque perniciosissimum dogma de Purgatione ad animi vsque deliquium peragenda, asserentem ac temerario ausu publicè defendentem, ex Methodi Therapeutices theorematibus ad tales angustias in publica disputatione redegei, vt saluberrimam de Indicationibus doctrinam, qua sola veri & Dogmatici Medici à tumultuariis atque Empiricis distinguuntur Medicastris, *λογομαχίαν*, non absque indignatione Collegæ cuiusdam sui, Viri Clarissimi, indigitarit. Si ipse rerum mearum præco esse vellem, adderem testimonia cum Præceptorum, tum aliorum Clarissimorum Virorum, qui quid de studiis ac profectu meo iudicent, scripto testati, & ad persequendos meos conatus adhortati sunt. Verùm hisce in præsentia opus non habeo. Res ipsa loquitur, & Sophistam mendacii arguit.

Senatui Populoque.

MAgnum hoc perditissimæ causæ indicium est, in
 Philosophicis & Medicis controversiis, deficienti-
 ribus propriis viribus alienas in subsidium vocare, &
 ab aliena professione ac seculari brachio præsidium
 & auxilium quærere. Rationibus, rationibus inquam
 hîc agendum fuit, non nimis & inani ex pelvi fulgu-
 re. Iniurius certè est Sophista in Magistratum nostrum
 Amplissimum, Prudentissimum, quem ita iniquum
 ac temerarium esse putat, vt mendaciis ac conuitiis
 suis temerè quam primum fidem sit habiturus, & li-
 brum meum, quod vnicè petere videtur crudelis So-
 phista, aut proscripturnus aut Vulcano traditurus?
 Longè enim secus animatus est noster Magistratus,
 nec absque matura deliberatione & consilio eorum,
 quorum hæc professionis propria sunt, præcipitan-
 ter aut temerè quidpiam agit: id quod Sapientissi-
 mum Magistratum vnicè decet. Ad Populum verò
 aut Plebem, magna ex parte opificiis & quæstui de-
 ditam, ἀμύστος vt plurimum & ab omni literatura ali-
 enissimos homines, in controversiis huius modi tan-
 quam ad sacrum asylum confugere, iisdemquè com-
 mittere iudicium, extremæ dementiæ est. Veritas se
 ipsa contenta huiusmodi patrociniâ respuit, plebeiis-
 què plebeiorum iudiciis dominatur: ἀδέσποτος ὁ. n.
 est, & instar Palmæ cum premitur erigitur, neque
 ab Ardelione arrogantissimo vnquam
 supprimetur.

Abiecta Pietate omni, posthabita pro-
ximi charitate, neglecto Iu-
ramento.

ME Pietatem omnem abiecisse, & posthabuisse
proximi Charitatem, mentitur Impiissimus Hy-
pocrita Pietas enim ipsa & Amor proximi (quas Vir-
tutes turpi questui deditus molitor non curat) non li-
tigandi studium, ut Convitiator persuadere Populo
conatur, me ad scribendum contra perniciosissima &
pestilentissima, nec à Medico pio & proximum dili-
gente approbanda, circa dignoscendam ac curan-
dam Pestem dogmata, impulerunt. Hunc meum la-
borem Viri quidam literatissimi, Principum & Re-
rum publicarum quarundam Medici Celeberrimi,
tantum abest ut improbarint, ut potius summopere
commendarint, & me ad plura scribenda adhortati
sint. Horum ego Virorum laudes pluris aestimo, quam
Convitiatoris ac sodalicii ipsius maledictorum plau-
stra; quorum etiam laudes probis Viris sunt suspe-
ctæ. Pariter mentitur impura bestia, quæ contra
Iuramentum olim Magistratui præstitum me in i-
psius scripta inquisivisse, iniuriosè blaterat. Inqui-
sivi in ipsius scripta fateor, non tamen propterea A-
ristarchus sum, sed id quod meum est feci: siquidem
authoritate Imperatoria & Academica cõtra menda-
cia, fraudes, Sophismata & *κακὰ δόξια* improborum ho-
minum teneor hoc facere. Si iudicari noluit sua Sophi-
sta, cur in publicum misit? cur Collegio nostro Medico
Respondens legenda & iudicanda obtulit? Insuper quin-
etiam

etiam (vt & hoc sciat, si fortassis ignoravit hactenus) in putidum suum de Pestis curatione Germanicum consilium, cuius *pag. 141.* Exercitationum mearum mentionum feci, inquisivi, meumque impertiui iudicium. Quis ergo me Periurum proclamat Periurus Tenebrio? Cui Magistratui promisi iuramento, me contra Sophistas, eorundemque noxia & perversa dogmata, nec dicturum nec scripturum quidpiam esse vnquam? O impurum os, & maledicum, quod quicquid mēdaciorum ac Calumniarum Pater insuffurat, id temerè effudit.

Tum meipsum, tum Schegkium.

CRimen & piaculum magnum commisi, eò quòd Antagonistam in multis à vero aberrasse scripsi. Scripsi fateor, & Sophistam non in multis, sed in plurimis aberravisse, demonstravi. Quid tum? ἀναμαρτητός, ne est hic Polyphemus, aut totam ne Sapientiæ plenitudinem in suo arrogantissimo Cerebro habitare sibi persuadet? Phy Bestia! Quicquid scripsi cum rationibus scripsi, ad quas ne hiscere ausus est, audacissimus Thrafo. Ad Iacobum Schegkium quòd atinet, huius quidem talis tantique Viri & de re literaria tantoperè meriti, splendorem & claritatem obscurare, aut eius luminibus obstruere nec queo nec cupio: ab eius tamen tanquam Dictatoris aut Legislatoris iussu scituque pendere nolo. Næ magnis, crassis & ponderosis compedibus nos compediunt ij, qui ad alieni nos capitis constringunt arbitrium, & huius

nos limites excedere & Veritatem ingenuè profiteri prohibent. Fuerit sanè à natura omne ingenii humani caput in Schegkio ostentatum; sit Schegkiius homo de vniuersa sapientia humana præter supraque cæteros omnes mortales benè meritus; sit summus Dictator Sapientiæ; sit summus Philosophorum Imperator & Numen; sit Regni Philosophici Aquila; sit Vir omni laude maior, omniquè calumnia potior: quibus elogiis I. Cæsar Scaliger Aristotelem ornat: non tamen mihi sit Norma Veritatis, quem Veritatis cursum non vbiq; tenuisse cõstat. Homo enim fuit, nec minus errare potuit quàm Hippocrates, Socrates, Plato, Aristoteles, Galenus & alii. Hoc optime cognovit Schegkiius, & *lib. 1. de demonstr.* omnes illos in eruditos, agrestes, stolidos, barbaros, & ἀπαιδύτους appellat, qui non rationes, sed authoritatem sequuntur certorum hominum: & Socratem commendat in Charmide præcipientem, πάντως ἔ τῷ σκέπτεον ὅστις αὐτὸ εἶπεν, ἀλλὰ πότερον ἀληθὲς λέγεται, ἢ ἄ. Veritatis enim studium, teste Galeno, est omnibus præferendum, non modo Amicis, sed etiam propriæ sententiæ, quam, vt Aristoteles in Ethicis docet, mutare & corrigere debemus, si istud à nobis exigat Veritas. Quos, quantosve errores in Theologia foverit Schegkiius, & Philosophia abutens etiam Zvinglianis ac aliis contra nos arma suppeditarit, res ipsa loquitur. Quod si itaque ne latum quidem vnguem à Schegkii doctrina Sophista recedit, & ipsi nil sapit quod à primæ salivæ quam primis annis imbibit gustu diuersum est: ideo etiam in Theologicis cum suo Schegkio se errare & Philosophiâ in rebus Sacris abuti, vt fateatur necessè est.

Vulcano inflammanda.

IN labiis hominis impii ignis ardescit, inquit Sapiens *Prov. c. 16. v. 27.* Sed vt Hesiodus scribit οἱ αὐτῶ κακὰ τεύχε' ἀνήρ ἀλλῶ κακὰ τεύχων. ἢ ἡ κακὴ βελὴ τῶ βελούσαντι κακίση. Cariosi namque Sophistæ Cranij partes putres & clementiorem Medicinam respuunt, & ferro ad vivum dedolari nequeunt: quapropter ex consilio Hippocratis Igne auferendæ sunt, ne per hanc desperatam insaniam, multorum iuniorum qui Sophistam eiusque mores minus habent cognitos periclitetur fanitas. Verùm de his satis. Nunc Errores perlustrandos aggrediamur, quos impudens Sophista, numero saltem si non revalentes, hinc atque illinc ex meis Exercitationibus carpendo, oratione monstrosa, dissoluta ac confusa, mihi affingit. Percurremus autem omnes ἀκροθιγῶς tantum, ac summas partes attingendo: solidiorem siquidem aut magis laboriosam refutationem non merentur; & hæc pauca ad insolens elatumquè Sophistæ, ante Victoriam ἐπινίκιον sibi canentis, supercilium deprimendum sufficiunt.

E R R O R. I.

Sophista in limine suæ Disputationis, in thesi scilicet prima, non Demonstraturus Pestem tanquam accidens proprium de Homine, sed vt ipsissima thesios verba sonant, Pestis Naturam & essentiam, ἀρισμὸν scilicet ac Definitionem, qua essentiam rei cog-

cognoscimus, indagaturus, præcipua Pestis Symptomata & *Φαινόμενα* se prius enarraturum, proponit: quorum ductu Pestis essentia cognosci & intelligi possit rectius: & rationem subiungit, quia ex Effectis & naturâ posterioribus, cognitionique nostræ prius occurrentibus, ea quæ naturâ priora sunt venamur; & Symptomata effectus sunt morborum, & *Φαινόμενα* in omnium sensus incurrentia. Ad hanc thesin in Exercitatione ego prima responsurus, concessi quidem cum Hippocrate, Aristotele & Galeno, omnem notitiam nostram à sensibus oriri, seu à *Φαινόμενοις* & rebus sensilibus: & hæc à Medicis appellari Signa ad rerum signatarum nos cognitionem ducentia, scripsi. Negavi tamen, Effectus esse semper notiores suis causis, sed interdum occultiores, & ad horum cognitionem ac notitiam Causas nos sæpè ducere, & has propterea interdum esse Signa, non affirmavi solum, sed probavi etiam cum rationibus, tum Autoritate Hippocratis, Galeni, Philosophorum & ipsius etiam Sophista.

Negavi quæ etiam propria *πάση* rerum esse *Φαινόμενα*: non enim Sensibus percipiuntur, sed *δειξαι* sunt *θεωρητά*, utpote Actus quidam primi, qui per Actus suos secundos innotescunt. Ad hæc quid Sophista Academicus? Æstro maledicentiæ percipitur non videt quæ vel ante oculos posita sunt. *Λήρης λήρων* Iyrat, & extra oleas vagatur. Nam quia pudet ipsum manum dare Veritati, hoc ynum agit, ut perplexa, confusa & turbida, nec Grammatica, nec Philosophica oratione, in errorem seducat Lectores, & videatur is esse, qui non est.

Ad meas rationes Analyticus Curfor ne gry respōdet: sed effutitis multis criminationibus puerilia quādam & confusa nec cohærentia de Demonstratiōe, de qua non erat sermo blaterat: quibus multò meliora ego in pueritia mea, antequam rusticā hanc ex rigidis alpibus progeniem in rerum esse vniuersitate noveram, didici, & calceis meis attrivi. Is præterea nullas dari in Physicis *διότι* Demonstratiōes, seu vt ipsius verbis vtar, solam *ὅτι ἐστὶ* Demonstratiōnem Pesti & aliis rebus naturalibus esse accommodatam: & in concretis Scientiis, qualis est Medicina, prædicatum in esse subiecto non nisi, & solū ac semper per *Φαινόμενα* & Signa subiectorum accausarum, cognosci: & in Medicina causas nullo sensu percipi, nec per Causam deprehendi Effectū vnquā (qua ratione magnam Medicinæ Hippocraticæ partem tollit funditus & evertit) sed tantum in secretis scientiis; nugatur. Varrones, bardos, fungos, stipites, caudices putans eos fore, qui deliria sua sint lecturi, nec dolum & Sophisticam animaduersuri. Cognitiōnem porrò Signati per Signum negat esse progressionem à notioribus nobis ad notiora *Φύσει*, hoc est, Naturā. (Naturæ malè vertit Sophista linguæ Græcæ impertissimus: Naturæ enim nihil notum aut ignotum est.) Verū scribit quidem hæc, & præter hæc alia plura, srd nihil probat: sibi pro ficto suo in chartaceo regno imperio, & authoritate Academica, cui quicquid lubet licet, simpliciter absq; omni probatione fidem esse habituros eos, ad quos spurcum suum Præcursorem misit, sibi arroganti temeritate

per-

persuadens. Et quia sine ratione scribit, & ad meas rationes Veritate convictus non respondet, ideo eum mihi errores nescio quos scurriliter assuendo, vere Sophistam egisse, iudicabunt omnes bene-literati.

E R R O R II.

Effræni oris & ex legis dementiæ est publicè in literario orbe contra conscientiam mentiri, & a-gresti ferocia errorum arguere Viros bonos, quorum ne vestigia monstrari possunt. Si enim quidpiam solidi adversus meas adferre potuisset rationes Convitiator, non dubito quin pro præcoci sua loquentia satis acerbè, si non plumbea, ficulnea tamen argumenta proposuisset. Verùm hac in parte & à veritate & à verbis desertus, & sic re ac nomine Nudus, simplici & brevi oratione, mendacia ac convitia sua promere voluit. Relinquamus igitur hos modos, λόγος, λογισμός & theoremata, sine quibus neque bibit, neque comedit, neque cacat, neque vomit; Speusippus; & ad vltiora progrediamur. Ipse interim Dialecticam seu modos Sciendi, qui non Mentis seu Rationis, sed Voluntatis operationes, novo & monstroso commento perficiant, meditabitur.

E R R O R III.

Benè est. Sicut fera dum laqueos iactat, astringit: & avicula viscum, dum trepidans excutit, plumis omnibus illinit: ita bachans Sophista captus

præ furore ex erroribus in errores supra capillitium
 vsque immergitur. Scripsi in Exercitatione prima p.
 2. Φαινόμενα quæ Medicis Signa appellantur, non esse
 rerum signatarum propria πᾶσι. Quid ad hoc enun-
 ciatum Sophista? Totam Medicinam, Pathologicam
 præsertim & Θεραπευτικὴν, vno impetu à me everti,
 conqueritur. Magnum scelus! Qui fit hoc? Audi fu-
 tilem futilitatem. Quia non applicando Theoremata
 vniuersalia ad singularia, sed καθόλου ratione ex Pa-
 thognomonicis quibusdam signis deprehendimus
 partem quampiam certo morbo laborare: & accidē-
 tia propria priorum πάθων naturam induunt, si
 componantur. En totam medicinam, Pathologicam
 præsertim & Therapeuticam, vno spiritu restitutam.
 Risum tenete amici. Controversia fuit de Propriis
 πάθεσι, vtrum scilicet hæc sint Φαινόμενα seu Sensilia
 rerum Signa. Negavi hoc ego: Sophista affirmat
 ratione addita, quæ huc quadrat, vt narratio belli
 Mithridatici ad litem de tribus capellis sublatis. Non
 enim probandum fuit, quod Pueri etiam norunt, ex
 Pathognomonicis nempe signis morbos partium a-
 gnosci, quæ ego cum Schegkio *analyt. tr. 1. cap. 12.* pro-
 pria συμβεβηκότα voco: sed hæc eadem Pathognomo-
 nica Signa partium affectarum esse πᾶσι quarto mo-
 do, quod nos negamus, demonstrandum fuit: & si-
 mul probandum, in applicatione theorematum vni-
 versalium ad singularia, hoc est, in Praxi Morbos eo-
 rumquæ τῶν ex Pathognomonicis Signis minimè co-
 gnosci. Quod quàm falsum sit, etiam Tyrones no-
 runt, qui Sophistam execrantur, Medicinam no-
 stram ita distrahentem divellentemquæ, vt aliter o-
 pere-

peretur quàm doceat. Reliqua de compositione priorum accidentium, eorundemquè in priorum *πάθων* naturam *μεταμορφώσεις*, non curamus; siquidem ad præsens negotium non pertinent, sed vepræculæ saltem sunt, sub quibus sese occultat Stellio.

ERROR. IV. VIII.

LEves, futiles & importuni locutores, qui què nullo rerum pondere innixi verbis humidis & lapsantibus diffluunt, quicquid in buccam venit temerè effutire non erubescunt. Sic terræ filius ad maledicendum natus, cum à rebus sit inops, ne nihil dixisse videatur, me Symptomata morborum vno impetu tollere nequissimè mentitur. Et Schegkio simul suo, quem normam alibi Veritatis esse vult, non parcit. Signa seu *Φαινόμενα* propria esse rerum *πάθη* cum ratione nego: & negavit Schegkius, qui Morbum etiam nullius substantiæ proprium esse *πάθη* docuit, *in tract. de morb. substantiæ*: nec contrarium Sophista unquam probabit. Delirat quin etiam Sophista, & Lectores quibus hæc sua misit, Ludibrio habet, dum ea quæ propria sunt rerum accidentia pro propriis *πάθησι* obtrudit, & omnia *παιθρονομονικά* morborum signa eorundem etiam *πάθη* propria esse statuit: & nihilominus sui quasi oblitus in præsentis paragrapho Physicæ & Medicinæ omnia propria *πάθη* adimit, & ea in secretis tantum scientiis tractari asserit. O levitatem! Quæ præterea de
Pro-

Propriis $\mu\acute{\alpha}\theta\epsilon\sigma\iota$ loco citato scripsi, & Sophista non intellecta suggillare conatur, non mea sed Schegkii sunt: ex quo apparet quanto studio in sui Præceptoris Schegkii, quem vnicum sectatur (nondum enim apparet ipsum Hippocratem, Aristotelem & Galenum benè legisse) monumentis versatus sit. Is enim Schegkiius ex Aristotele inter $\acute{\iota}\delta\iota\omicron\nu\ \mu\acute{\alpha}\theta\epsilon\sigma\iota$ seu simpliciter Proprium, quod Galenus $\acute{\iota}\delta\iota\omicron\nu\ \alpha\chi\acute{\omega}\epsilon\iota\sigma\omicron\nu$ appellat, & inter proprium Accidens, quod non est $\alpha\chi\acute{\omega}\epsilon\iota\sigma\omicron\nu$, id discrimen pluribus in locis ponit, quòd proprium $\mu\acute{\alpha}\theta\epsilon\sigma\iota$ reciprocè convertatur cum suo subiecto, eique omni, soli & semper inest, & cum eodem aboleatur ac pereat: ($\acute{\omicron}\mu\acute{\omicron}\lambda\omicron\gamma\omicron\nu\ \kappa\acute{\alpha}\iota\ \sigma\acute{\upsilon}\gamma\kappa\epsilon\theta\omicron\nu\omicron\nu$ appellat etiam Goclenius in *prodr. Spong. err. H. Busch. q. 2. f. 13.*) quod etsi non sit substantia, proximè tamen absit à substantia, $\sigma\upsilon\nu\acute{\epsilon}\sigma\iota\omicron\nu$ quodammodo & essentialis potentia, propter differentiam quandam $\beta\acute{\omega}\sigma\iota\omega\delta\eta$, existens, realiter non differens à subiecto. Proprium verò accidens sit actus quidam secundus propriæ affectionis, seu $\delta\acute{\upsilon}\nu\alpha\mu\iota\nu$ illius subiecti consequens, quod soli quidem, non tamen semper nec omni subiecto, sed temporis saltem ac loci causa, inest. Nec Schegkiius modò, sed & genuini Schegkii id discrimen observarunt. Sic enim I. Lörhardus *lib. de adept. Veri Apodic. fol. 273.* scribit. Differt proprium $\mu\acute{\alpha}\theta\epsilon\sigma\iota$ à proprio Accidente. Propriam $\mu\acute{\alpha}\theta\epsilon\sigma\iota$ describitur $\delta\acute{\upsilon}\nu\alpha\mu\iota$ in sita: proprium autem Accidens describitur $\acute{\epsilon}\nu\epsilon\rho\gamma\acute{\epsilon}\iota\alpha$, seu actu illius $\delta\acute{\upsilon}\nu\alpha\mu\iota\omega\varsigma$ secundo. Ut $\delta\acute{\upsilon}\nu\alpha\mu\iota\varsigma\ \acute{\alpha}\nu\tau\iota\Phi\acute{\alpha}\sigma\epsilon\omega\varsigma$ in Materia est proprium Materiæ $\mu\acute{\alpha}\theta\epsilon\sigma\iota$. Ipsa $\acute{\epsilon}\nu\epsilon\rho\gamma\mu\lambda\eta\eta$ seu actualis susceptio $\acute{\epsilon}\ \acute{\alpha}\nu\tau\iota\Phi\acute{\alpha}\sigma\epsilon\omega\varsigma$ proprium est illius Accidens, loco & tempore circumscriptum, quo noscitur proprium

prium $\pi\acute{\alpha}\theta\textcircled{\text{C}}$ inhærere Materiæ. Et Ioha. Hauberus *Erotem Dialect. lib. 1 cap. 9.* Accidentia propria sunt actus secundi vel ἐπέγειαι simpliciter propriorum: quæ Propria dicuntur, quia certum & definitum habent subiectum: Accidentia autem appellantur, quia non simpliciter nec semper, sed tantum causa temporis & loci, & propterea contingenter subiectis insunt: cum aliâs, vt etiam A. Planerus *quest. Dial. p. 1. c. 12.* docuit, simpliciter Propria à subiectis suis causa facultatis inseparabilia sint. Hanc doctrinam Semiphilosophorum, Rhetorculorum, & Philosophastro- rum. Errorem magnum appellat superficialius Philosophus, quam propria confessione non intelligit, nec quomodo vera esse possit, fingere potest: Accidentia propria cum propriis Affectionibus vbiquè temerè confundens: quæ confusio ipsi procul dubio peculiaris quidam sciendi est modus, seu potius decipiendi imperitiores.

ERROR. V.

Q Via cum homine perfrictæ frontis mihi est negotium, qui quæ nec scripta, nec cogitata vnquam aut vsquam à me sunt, mihi tamen assuere non erubescit: ideo Lectores, vt ea quæ in prima Exercitatione de Signo Causæ seu Efficaci scripsi, conferant cum præsentis Sophistæ paragrapho, vehementer rogo. Affirmavit Sophista in limine suæ Disputationis, Effectus Physicos notiores nobis esse, quam sunt ipsorum Causæ. Ego contra enunciatum illud non vniuersale, sed particulare esse, & Effectus interdum

D occul-

occultiores esse Causis, dixi: nec dixi modò, sed & probavi. Quid adhæc Sophista? εδὲν πρὸς ἔπθ. Effutitis statim pro more suo convitiis, PRIMVM nonnulla de Medicinæ in Theoreticam & Practicam divisione blattit, scopis dissolutis minus cohærentia. Ut enim iuxta Aristotelem & Galenum Scientiæ quædam sunt θεωρητικαί, aliæ πρακτικὴ καὶ ποιητικὴ; sic duplicem (cur non triplicem pro numero Scientiarum?) Medicinam Sophista constituit; vnam Theoricam, quæ in contemplatione καθόλου notiarum versatur, & appellatur Scientia: alteram Practicam, quæ Theoremata illius, Medicinæ per Practicos Syllogismos potest δυνάμει ad singularia accommodare; quæ tunc Scientiæ nomen abiicit, & in Artium numerum recipitur. Hæc etsi ad præsens non pertinent negotium, nec iis ad meas rationes quidpiam responderetur; sed diverticula saltem sunt & vepres, quibus rudis Disputator sese occultare, & me à scopo abducere conatur: quia tamen hæc ad speciem astatè ficta ἀπειθεία nonnullis imponit: ideo paucis verbis hæc etiam attingam. Manifestum primò est, nullam hîc esse consecutionis rationem; nec Medicinam propterea in Theoreticam & Practicam dividendam, quia Scientiæ solent in Theoricas, Practicas & Poëticas dividi. Alia Scientiarum, aliæ Medicinæ est ratio. Medicina enim simpliciter θεωρητικὴ Scientia non est, sed ἰπτισημη ποιητικὴ: non quod θεωρητικὴ non sit, sed, vt Schegkîus etiam *comment. in artic. par. Galen. capit. 1.* scribit, quod possit ratione δυνάμειως ad ποιήσιν τεχνικὴν huiusmodi Theoria accommodari.

dari. Deinde, cùm Medicina θεωρήματα sua δυνάμει ad ποιήσιν & operationem, quæ est in singularibus, teste Aristotele *libr. 1. Metaphysic. capit. 1.* accommodare potest, tunc non abiicit Scientiæ nomen, quemadmodum ἀκριβείας Magister garrit, nec tunc in Artium numerum recipitur, sed est & manet ἐπιστήμη ποιητική. Cùm verò καθόλου θεωρήματα artificiosè ad singularia applicat, hoc est, actu curat, tunc Artis nomen meretur ex Schegkii *l. cap.* & Andr. Planeri *prolog. in art. par. Galen. capit. 4.* sententia.

SECUNDO mentitur pro more suo, qui Medicinam ex Artium numero me excludere, ridendo conatu profitetur. Hoc enim nunquam scripsi, nunquam dixi: sed Medicinam & ἐπιστήμην ποιητικὴν & τέχνην esse, suo modo ac certa limitatione admitto. Nec tamen propterea Medicinam Theoricam & Practicam, duos diversos habitus genere discrepantes esse, concedo: sed illum eundem habitum Medicinæ, qui in τῷ καθόλου, notiarum contemplatione versatur, fieri Activum, & ita cognoscere ac curare morbos, ut contemplando convenire intelligebat, assero. TERTIO temerarium Sycophantã agit, qui me in Cõsultationibus Medicis ita versari, ac illi qui in Platónico specu oberant, scribit: qui tamen Cõsultationes meas nec audivit, nec legit vnquam. Alitet de me iudicant Imperatorum, Principum ac Rerumpublicarũ quarundam Medici excellentissimi: qui cùm præsentibus voce, tum absentes per literas de gravissimorum morborum dignotione ac curatione mecum egerunt & agunt sæpissimè; & ex putidissima calumnia facilè iudicant,

quali spiritu agitatus rabiosum hocce virus in personam meam & famam evomuerit Sophista. Empiricum me vocat Asinus, qui ipse nil nisi garrulus Empiricus est, & omnem causarum cognitionem Medico adimit, ac tantum notitiam ὅτι eidem concedit: οὐ γὰρ ἐμπειροί, ὡς ἔχει, ἄλλ' ἴσασιν. In consilio quin etiam Germanico, Symptomata Pestis, quando Causæ rationem habent, non Methodo & per Indicationes, quarum doctrinam olim λογομαχίαν appellavit, curat: sed cuilibet Symptomati certum remedium in promptu esse vult, quod indiscriminatim cuilibet etiam à Vespillone aut Sandapilario applicari possit.

E R R O R. VI.

VIx me continere possum, quin rideam, cum lego; Astrologos ductu causarum singularium, de futuris aëris constitutionibus itidem singularibus nihil prædicere: propterea quod Astrologi Theoremata vniuersalia applicent singularibus quæ sub sensu cadunt. Quia enim applicant Theoremata vniuersalia particularibus cæli constitutionibus, ideo Syllogismo practico adhibito de futuris aëris constitutionibus, frugum proventu & similibus, prædicere possunt: & qui artificiosius accommodant, etiam certius prædicunt. Et propterea causæ illæ præsentiores ipsi sunt, quàm effectus futuri: id quod in Exercitatione mea volui.

ERROR. VII.

AD finem Exercitationis primę intempestivam illam & non convenientem terminorum Logicorum, proprii scilicet $\mu\acute{\omega}\theta\gamma$, & proprii Accidentis, in tractatione Medica inculcationem & nugacem repetitionem, Philosophicam non esse, scripsi. Pestis enim non est Hominis proprium accidens, nec ei primò inest, quia Homo: nec Symptomata ei insunt per se, sed temporis causa & secundum accidens: ideoque propria eius $\mu\acute{\omega}\theta\gamma$ esse nequeunt: quandoquidem neque causæ horum symptomatum, Morbi videlicet, sunt propria subiectorum suorum $\mu\acute{\omega}\theta\gamma$, Schegkio etiam *tract. de morb. substantiæ* attestante. Hanc meam animadversionem ægrè ferens Polyphemus, primùm Scientiam Physicam (Aristotelem fortassis volebat dicere) in parvis naturalibus Morbos atque Symptomata propria appellare $\mu\acute{\omega}\theta\gamma$, temerè fingit. Deinde me plurimis petit maledictis, ac ordinem Subalternantium ac Subalternatarum Scientiarum me funditus tollere, convitiatur: siquidem ordinem & discrepantiam Subalternantium & subalternatarum disciplinarum, de quibus Interpretes cum Aristotele *lib. 1. post analyt.* agunt, ipso melius novi. Tum me pro mea impudentia & Sycophantia ipsi mandare, ut à terminis seu voculis superioris scientiæ seu subalternantis, Physices scilicet, abstineat. abiecto omni pudore mentitur. Non enim Phyci, sed Logici aut Metaphysici sunt illi termini: (quod etiam pueri norunt:) nec ut eorum usu abstineat, unquam man-

davi: sed hoc volui, vt iis terminis legitimè vt eretur; nec eos iis rebus, quibus minus conveniunt, malè & Sophisticè tribueret; aut intempestivo horum vsu more omnium Sophistarum, rerum cognitionem tolleret aut negligeret: quemadmodum ij faciunt, qui in operibus artis nunquam versati, ne suum dogma prodere videantur, verbis dolosè agunt, quos antiqui rectè λογιστῆρες appellarunt, vt Galenus *com. 2. de nat. hum. tex. 16. § lib. 8. Meth. Med. c. 6.* scribit. Nihilominus Sophista pro innata sibi superbia & impudentia canina, huiusmodi λογισμαχίαις & inanibus terminorū quorundam Logicorum crepitationibus, in quibus nec verba verbis, nec res rebus cohærent, nescio quam omnium Scientiarum perfectionem & controversiarum omnium compositionem, promittit.

ERROR. IX.

Absurda atque dissoluta, impropriaquè locutione facit larvatus Dialecticus, vt à seipso vix intelligatur. De Marasmo nullibi mihi in Exercitationibus meis sermo fuit. Et qui omnib. alicuius morbi specib. assignare id possum, quod certæ speciei proprium asserui? Virulenta hæc est saliva rabiosæ caniculæ, Quæ ne deprehendatur, instar anguillarum omnia turbat. & cano limoquè miscet, ne in pellucida aqua conspicua fiat. Cum etiam in præfatione Exercitationum mearum de iis qui artem nostram mirabilem & magnam diversis modis persequuntur, eique plagas atroces infligunt, ex Galeni commentariis

riis ad nostra tempora accommodatis, conquestus
 essem: & Monstrum astutum metueret, ne in nume-
 ro illorum, qui Medicinæ nostræ molesti sunt & no-
 xii, deprehenderetur: e vestigio quærelas hæc in-
 nes nec de re esse, clamitat, & sic Erucarum atq; cu-
 licum Medicinam nostram infestantium patrocini-
 um suscepit publicum. Cui fortassis Clarissimi, Se-
 renissimi Bavariæ Ducis & Reipubl. Augustanæ Me-
 dici, D. Raymundi Mindereri Thranodia Medica,
 quam multi docti cum desiderio expectant, respon-
 debit.

E R R O R. X. XI. XII. XIII.

NON διεξοδικὸν λόγον aut fusa de Peste commen-
 taria, sed ἐξέτασιν in præfatione mearum Ex-
 ercitationum Lectori promisi: in qua menda ac
 navos, crassaquæ σφάλματα Disputatoris, falsas
 scilicet assertions, inanes ἀδολογίας, & manife-
 stas contradictiones, quas pleno rictu in absurdis-
 sima sua Disputatione eiaculatus est, me discus-
 surum, & propterea in nonnullis propriam sen-
 tentiam non περὶ πάντων cum receptis facientem,
 non expositurum, scripsi. Hæc temerarius & præ-
 cocissimus Præcursor, caninum suum πείδημον
 & cæcum fætum parturiens, aut non legit, aut
 lecta observare noluit. Alioqui me Pestis natu-
 ram & propria accidentia, propriaquæ πάθη non
 explicasse, non ita scurriliter ac subdolè cavilla-
 tus fuisset. Nec præter rationem & contra digni-
 tatem suam puritatem ac proprietatem sermonis,
 quam

quam etsi non semper assequor, pro viribus tamen
 sector, impurissimus ac parabolicus Locutuleius,
 fronte perfrieta mihi exprobrasset, aut ex Rhetorum
 officina me vocabula petiisse, mendaci ore effutivif-
 set. Ad subiectum Pestis quod attinet, ego in Exerci-
 tatione mea quarta, argumentum illud, quo Sophi-
 sta Cor Pestis esse *πρώτων δεκτικόν* probare conabatur,
 inverti; & eo ipso non Cor solum, sed alias quoque
 partes animati corporis interdum Subiectum Pestis
 esse posse, evidenter probari: dixi: ad quæ Sophista
 nihil respondit. Secundò considerans Statum illum
 Pestilentem, qui multarum fuit gentium communis
 & ab Hippocrate *lib.3.Epidem.* describitur, & à quibus-
 dam idem esse cum Atheniensium Peste apud Thucy-
 didem putatur; cum Galeno & aliis qui hunc sequun-
 tur celeberrimis Medicis, affirmavi Pestem non esse
 certi morbi nomen, aut morbum vnus generis; & ex
 Galeno rationes non contemnendas subiunxi: ad
 quas Sophista tacet, tacebit etiam vltterius, nec vn-
 quam solidè respondebit. Tandem cum Pestilen-
 tiæ, quæ nostris sæculis in Europa grassatur, longè a-
 lia facies sit, quàm illius cuius Hippocrates & Gale-
 nus meminere; & propterea multi Viri Clarissimi
 non absque ratione suspicentur, veteribus nostram
 Pestem non satis cognitam aut animadversam fuisse;
 ideo ad hanc nostratam & vulgatam respiciens Pestē,
 eius iuxta receptam opinionem Subiectum esse Cor
 affirmavi: & sub hab notione in Exercitatione octa-
 va, postquam malè confarcinatam Sophistæ Pestis
 definitionem evertissem, aliam, si non numeris om-
 nibus absolutam, meliorem tamen, & scitius affre-
 bre-

breſactam Definitionem, Peſtis formam, materiam, efficientem cauſam & effectus continentem, ſubiunxi. Non eſt itaque vt Sophiſta, qui mea præ rabie atque furore in antro Polyphemi oberrans vix legit, me Peſtem nec Phyſico nec Logico genere definiviſſe, eandemquè in communium accidentium claſſem reieciſſe, ac Pyrrhoniſ more omne rerum diſcrimen ſuſtulſiſſe, & Peſtis ſymptomata communia Paralogiſmis involviſſe, mentiatur; & mendacia erroribus oneret graviffimis; ac Dialecticæ non amplius sæpè decantatam *ἀνεπίβδαν*, ſed vulgatam ſaltem, minusquè accuratam ſpecierum intelligentiam attribuat; & pomæria eiufdem, quæ ad omnes artes ac ſcientias proferebantur, in anguſtum & ad ſcientias tantum contrahat. Quæ vt & alia plura, quia ad noſtrum inſtitutum non pertinent, & inſidioſæ tantum Strophaſ ſunt, quibus Sophiſta ſcopum primarium in Exercitationibus nobis propoſitum, declinare ſtudet, prudenter negligimus.

E R R O R. XIV.

IN Exercitatione quarta, vt paulo prius dixi, conſiderans ſtatum verè Peſtilentem ab Hippocrate in Epidemijs deſcriptum, cum eodem & Galeno diverſos diverſarum partiũ Morbos tunc vigiſſe; & propterea Peſtem certi morbi genus nõ eſſe, ſed quicumque vno in loco multos ſimul invaſerit morbus, & multos peremerit, eundem Peſtem eſſe, verbis Galeni affirmavi. Ad hæc Sophiſta aliud nil reponit, quàm quòd aſſutis multis virulentis criminationibus

nudè & simpliciter, nulla addita ratione, neget, Morbos illos diversos, qui in Græca Pestilentia grassabantur, & Pestes ab Hippocrate & Galeno appellabantur, fuisse Pestes: sed Pestem vnicum seu vnius generis fuisse morbum, (ita ego confusissimam Sophistæ orationem intelligo) reliquos autem morbos, aut velut accidentia quædam, quæ per se etiam sine certo morbo (fortassis sine Peste volebat dicere) corporibus inesse possint; aut Symptomata; aut Causas morborum fuisse. Hac simplici assertione & calumniis pestiferis, Hippocratis atque Galeni doctrinam fatis superque eversam esse, Sophista sibi persuadet: stipites nos esse putans: & quæcunque comminiscitur imperiosè dictitans, & legum instar nobis quæ vult obtrudens: atque si fidem cogamur iis habere, nec fas sit rationes exquirere, an vera sint quæ asseruntur. Verùm paulo sapimus magis quàm existimat magnus Calumniator. Ipse dicit & scribit, quæ vult: nos interim credimus quod volumus: volumus autem id quod cum ratione assertum verum esse intelligimus: & quæ sine ratione dicuntur, pari facilitate qua dicta sunt reiiicimus.

E R R O R. XV.

Mentitur pestifer & virulentus Scriptor, qui me nolle, vt Pestis vocabuli homonymia & ambiguitas distinguatur, absque pudore fingit. Qui enim Excitationem meam secundam legit, contrarium reperit. Nunquam scripsi, nunquã cogitavi, ea quæ homonyma sunt non esse distinguenda. Quî enim id ego fa-

go fa-

go faciam, qui ambiguum, confusum, obscurum, dissolutumquè orationis genus in Sophista reprehendo? Hoc ego volui, & adhuc dum volo, Pests vocabulum quoad eo Causa pestilens, Morbus ab ea illatus, & Symptomata propria, significatur, propriè & exquisitè loquendo non esse Homonymū, vt Sophista thesi secunda voluit; sed id multis quidem modis dici, *πρὸς ἓν* tamen tantū, *καὶ μίαν ἰνὰ φύσιν*, & non *ὁμωνύμως*. Secundò *ἀτοπὸν* & absurdum esse scripsi, omnia pernicioſa, quæ ob perniciem summam Pestes appellantur, *πρὸς ἓν καὶ μίαν φύσιν* sic dici. Monstravi hoc exemplo Civis seditiosi, mali Consulis, Adulatorum, &c. qui omnes non *πρὸς ἓν καὶ μίαν φύσιν*, sed *μεταφορικῶς* Pestilentes vel Pestes nominantur. Adhæc debebat respondiſſe Cyclops, nec ita scurriliter mentiri.

E R R O R. XVI. XVII. XX. IV.

Logicum & Physicum genus nec ignoro, nec confundo, vt Confusionum Magister & hic & alibi blaterat. Et quamvis ex professo Pests propria Symptomata non tractavi, quia non *διέξοδον*, vt supra etiam dictum, sed *ἐξέτασιν* spurcissimæ Disputationis^o promisi, non tamen propterea omnia propria accidentia Pesti ademi, vt impudens blatero calumniatur. Nec accidentia seu Symptomata, quæ Sophista non aliis morbis communia, sed Pests propria esse, & eandem non ex corporis constitutione, vel humorum cōditione, aut aliarum partiū morborum vè consensu, paribus semper insequi vestigiis, professus

est, tractavi miserè: sed pleraque talia non esse, & nec perpetuò nec soli Pesti (quomodocunque Sophista Logicum & Physicum genus, aut saniosum suum Cerebrum torqueat) contingere ac propterea ex sententia Galeni Propria Pestis non esse, scripsi & probavi copiosè: magnam insuper Signorum & Symptomatum confusionem, ac contradictiones plurimas inconstantissimi Sophistæ Lectori ob oculos posui. Verùm Sophista non ex solida & Philosophica dictorum refutatione, sed ex obtrectandi & mentiendi licentia palmarium quærens, hæc omnia sicco præteriiit pede.

E R R O R. XVIII. XIX.

Non indigeo, per Dei gratiam, tali informatore, qui me quid *ἀλογοὶ δυνάμεις* ab iis quæ sunt *μὲν λόγος* (sic Aristoteles *lib. 9. Metaph. c. 2. tex. 3.* omnes Potentias distinguit) differant, doceat. Et naturales facultates seu, vt Sophista loquitur, actiones ab Anima non dependere in animalibus, nunquam nugatus sum. In Exercitatione quarta Cordi Nutritionis Principatū, etiam Galeni testimonio, non esse adscribendum; Vitam ac Vegetationem non temerè confundendam; Animam Plantis non attribuendam, καὶ μὴ λέγειν ζῷα ψυχῆς ἐνέσσης, ἀτοπὸν Aristoteli videri; earumdemque nutritionem non Animæ sed φύσεως solius esse, πᾶσι ζῷα ὑπὸ μὲν ψυχῆς τε ἅμα καὶ φύσεως διοικεῖσθαι, scripsi & probavi. Et si enim τὸ ἀυξάνεσθαι τε καὶ τρέφεσθαι, vt Galenus loquitur, φύσεως ἔργα sunt, καὶ ψυχῆς: non tamen absque anima & spiritu calidoque vitali perficiuntur
in ani-

in animalibus. Hæc ibi professus sum. Quæ si Sophista destruxisset feliciter, & ad rationes meas, vt Philosophum decet, respondisset, Laurum victoriæ ipsi vltro concessissem. Quia autem nil minus agit, quàm vt rationibus & Philosophicè agat, Vrticas promeruit.

ERROR. XX.

INthesi quarta putidissimæ suæ Disputationis Sophista Cordi Principatum Vitæ & Vegetationis adscribit. Ego in Exercitatione quarta, quâ Vitalia Principatum Cordi concessi, non item quâ Vegetationem. Etsi enim corpus animale nutriri aut vegetari non potest, si Cordis vivifico calore seu influente spiritu vitali destituatur: huic tamen spiritui, etiâ Schegkio attestante, operationes partium corporis naturales, non nisi vt instrumento, & concausæ, partium verò formæ ac naturæ primò & principaliter deberi, monstravi: & principes ac verè efficientes causas, vnde iuxta Aristotelem *lib. 5. Method. cap. 2. tex. 2.* primum mutationis principium, cum instrumentariis ac cõcausis non esse temerè confundendas monui. Sophista vicissim me nescire genera causâ garrit; & eas causas quæ complexu plurimum causarum cuiuscunque conditionis, secundum prius & posterius differentiam commiscere cum eo genere quod in multis est vnum & cui omnis Principatus inest, ei reliquis omnibus naturali obedientia subservientibus, nugatur; & studiò Lectorem à proposito abducit, confusissimus blatero. Genera causarum me ignorare

mentitur: & simul quid discrimis sit inter genera seu species, & *αὐτῶς* causarum, ipsum latere, turpiter prodit. Nec de subordinatis *ὁμοειδέσι* causis, quæ *αὐτῶς καὶ ἰσῆρως* dicuntur, & ab Aristotele *lib.2. Physic. ca. 3. tex. 3. & lib.5. Metaph. cap. 2.* describuntur, quarum superiores *περιέχοντα ἄλλα*, quia inferiores continent, ibidem vocantur, nobis sermo fuit. Et Sophista duos hic contradistinctos causarum modos malè fingit, cum posterior sub primo contineatur: causa enim quæ aliarum prima est, & alias superiores non agnoscit causas (quemadmodum Principium Græcis verbis Sophista ex Schegkii sui *libr.3. de Demonstr.* & hic ex Aristotelis *lib.5. de gener. animat. cap. 7.* definit) prioris certè rationem erga inferiores ac magis particulares & posteriores causas vt habeat necesse est. Verùm & hic Præcursorem auribus iterum tenemus, qui *ἔτε δὲναι, ἔτε ἀποδέχεσθαι λόγους δυνάμεν* ☉, solito ac consueto petitionis principii Sophismate ludens, id quod probandum erat, nempe Cor tale Nutritionis seu Vegetationis esse principium & causam causarum, non concausam aut instrumentum, pro verissimo ponit. Sic coniungenda disiungit, disiungenda temerè confundit Sciolus, & inani verborum quorundam incompositorum strepitu, veluti mendacii luto, torrentem Veritatis obstruere conatur, mendaciorum & errorum advocatus rabiosus?

Error

E R R O R. XXI.

Postquã elumbis Disputator in thesi decimaquinta
 Mithridaticam confectionem & alia similia
 composita, secundum naturã tantùm corpora nostra
 afficere, & perse ac cõsubstantiali facultate, Pestilens
 venenum obtundere, Cor spiritumque vitalem re-
 creare, putrediniq; resistere, affirmavit: in subsequen-
 te statim thesi sui more suo oblitus Theriacam, quã
 Mithridatis antidoto nulla similior, & juxta Avicē-
 nam eadem vtriusq; vires, non secundũ naturã tantũ
 sed & contra naturam corpora afficere; & non perse,
 sed per accidens; nec alterando & pestilens virus de-
 lendo; sed irritando tantũ expultrice, calefaciendo
 & humores malignos per cutim evacuando, Pestẽ cu-
 rare, scripsit. Ego cõtrã in Exercitatione decima sexta
 Theriacam nõ manifestis elementarib. qualitatibus,
 acrimonia sc. irritante, & caliditate ac tenuitate Dia-
 phoretica, sed abdita vi atque naturã sua (quam cum
 Galeno Totam substantiam & φύσιν cum, Averrhoë
 Totam speciem, cum Avicenna Formam, appellavi)
 Pestilens virus non secus ac alia venena oppugnare:
 & hanc φύσιν acquirere per misionem ἀκεβη, vt ait
 Galenus *li. de Theria. ad Pisonem c. 5.* quã singulis ingredi-
 entibus ὀλης δι' ὀλων permistis, quod ex eis factum est,
 ἐνεργεία aliud quidpiam existit, vt Arist. *li. 1. de ort. 3. in-
 ter. c. 10. tex. 84.* docet. Hęc quia Sophista per rabiem
 non rectẽ legit, ideo artificialem misionem me igno-
 rare; & ea quæ arte miscentur, formã naturali defini-
 re, ac

re, ac nescire substantiæ substantiã esse causam, scurriliter nugatur. Quid Ars & quid Natura in Theriacæ compositione faciat, in Exercitatione ego luculenter exposui. Artifex enim non miscet, sed τὰ ποιητικά, καὶ τὰ ὑποτέτων παθητικά, hoc est, miscibilia præparat, vt facilius ac promptius misceri possint. Pulverifanda quippe in minimas πρὸς τὴν αἰσθησιν particulas redigit: quò enim minoribus particulis iuncta corpora inter se copulataquè fuerint, eò perfectius ac promptius miscentur, vt Aristoteles lib. 1. de ort. & inter cap 10. tex. 89. scribit. Addit præterea τὰ ὑγεῖα, quæ inter corpora μάλιστα μίκται sunt, vt ibidem legitur. Et sic omnia ex arte non miscet, sed componit: quæ postea ipsa Natura, miscibilium actiones & passiones dispensans, perfectè & debito tempore miscet, donec ἐνώσιν τινα Φυσικὴν coëant. Quapropter miscibilium in Theriacæ compositionem Arti, quæ est ἀρχὴ ἐν ἀλλω, mitionem verò soli Naturæ miscibilium, quæ est ἀρχὴ ἐν αὐτῷ, Aristoteles libr. 9. Metaph. c. 8. tex. 13. & libr. 12. Metaph. cap. 3. tex. 13. & propterea non accidens sed substantia adscripsi. Nec mihi repugnat Schegkii, qui in commentariis suis in libros Aristotelis de ortu & interitu, de Mitione Naturali, non de Artificiofa agens, exempli loco Theriacæ misturam proposuit.

ERROR. XXII.

Pergit & ad finem properat mentiendo mendax Sophista. Me ignorare quid agentia sint ὁμοειδέϊ, & quid agentia κατ' ἐτελέθειαν pro genio & ingenio suo

fuo fingit: nec de horum agentium essentia aut quidditate in Exercitatione sexta mihi sermo ~~was~~ fuit. Sed hoc volui, & ex Aristotele plurimis productis locis ad oculum monstravi, Sophistam vocabulum ἐντελεχείας & δυνάμεως temerè & contra Aristotelis mentem, qui primus ἐντελέχειαν novo appellavit nomine, confundere, pro vna eademquè re habere, & vtrique ἐνέργειαν opponere: cum Aristoteli è contra ἐνέργεια καὶ ἐντελέχεια, ἐνεργεῖν item & ἐντελεχεία ἅναι idem sint, & pro iisdem ac in eadem re vsurpentur.

E R R O R. XXIII.

ET hæc pura puta monstrissimi Sophistæ sunt mendacia. κράσει seu δυσκρασία manifesta Pestem nunquam definivi. Imò in Exercitatione septima & octava, Pestem non aliquam manifestam calidam, frigidam, humidam, siccam, simplicem, vel compositam, sed ἀρρήτον intemperiem esse expressè affirmavi. Et in Exercitatione tertia Sophistam propterea reprehendi, quòd in alia quadam Disputatione Pestem manifesta & prima intemperie Cordis, calida videlicet ac Febri definiverit. In Exercitatione præterea septima, κράσεις seu potius δυσκρασίας occultas non Compositione ex primis qualitatibus, sed aut mixture aut privatione propriæ κράσεως fieri docui: & simul ægrètuli, hunc Ardelionem omnes illos Medicos, qui Occultos morbos aut negarunt, aut non eo modo vt ipse intellexerunt, quorum quidam magni genii & ingenii, eruditionis ac peritiæ, e-

xistimationis etiam & nominis fuere, inter ignobile Medicorum vulgus referre. Ad hæc respondendum, non palpabilia mendacia Prodromo assuenda fuere.

Tandem quàm omnium.

TAndem execratione me dignum iudicat execrā-
 dus Impostor, quòd Exercitatione octava *fol. 90.*
 scripserim, ipsum statuere Sporadicum morbum po-
 pulariter grassari, cum ipse, vt ait, hæc ipsa à se invicē
 manifesta limitatione separaverit. Ego nō separasse,
 sed pueriliter hæc eadem Sophistam confudisse, ite-
 rum aio. Expressimis namque verbis scribit, quòd
 Sporadicus existens morbus ortus sui ratione, hoc
 est, quatenus Sporadicus, (non quia intra certū cor-
 pus nascitur, vt delirat Sophista, sed quia à privata
 causa oritur) Populariter tamen grassetur. Nulla hic
 est alia limitatio aut determinatio. Sporadicus non
 est morbus, nisi qui sparsim privatimquē ex peculia-
 ri & privata causa præhendit, & hic ortus sui ratione
 & quatenus talis est, & ex privata causa oritur, nun-
 quam populariter grassatur, sed est & manet Spora-
 dicus. Pestilentes quidem febres, quæ ab antiquis *λοι-
 μώδεις ἀνεσολοιμῆ* appellabantur, in veram pestem in-
 terdum degenerant: verum hæc non sporadicæ; sed
 Epidemicæ sunt febres à communi causa exortæ. Pe-
 stilens præterea venenum à privato victu absque ex-
 terna communi causa in corporibus non gene-
 rari, in Exercitatione sexta & no-
 na docui.

Vlmæ noti.

Non Vlmæ modò, nec in Svevia tātum, sed in aliis
 etiam, & quidem remotis regionibus, ad quas
 nominis mei fama (id quod citra iactantiam dictum
 velim) pervenit, ita notus sum, ut habeam quod ex a-
 nimo læter, & imprimis Deo optimo maximo gratias
 agam maximas, qui studiis atque laboribus meis in
 terris peregrinis ita liberaliter benedixit, ut ibidem
 & quidem taliter vixisse me nec pæniteat, nec pæni-
 tebit unquam. Vbi autem & qualiter notus sit Sophi-
 sta, sive Tubingæ, sive, in pistrino, ego non curo: nec
 curiosè in officium ipsius aut aliorum (quod Menip-
 pum quendam Sympatriotam ipsius argutè fecisse
 audio) inquirò: intermittere tamen nō possum, quin
 occasione huius paragraphi Coronidis loco vnicum
 addam, ex quo integritatem huius hominis videre li-
 cet. Qua religione & observantia summi Facultatem
gradus atque honores ab ijs, qui hanc à summo ha-
bent Principe potestatem, Candidatis sint conferen-
di, omnes norunt. Sophista tamen, ut hisce neglectis
 homo ἀμφοτέρω, qui nec Philosophiam nec Medicinā
 unquam didicit, & nil præter Velle ad gradum attulit,
 Medicinæ Doctor publicè proclamaretur, author fu-
 it: & ut vlcerosæ suæ conscientiae non nihil apud ru-
 des & imperitos consuleret, Reversales, uti appellāt,
 literas Candidato extorsit: quarum copias, nisi aliis,
 quos dolo, uti perhibent, circumvenit, parcerem, hīc
 publicè communicarem,

καὶ τὰ ἄλλα πρὸς τῶν. Siquidem pluribus non est dignus infamis Præcursor: & ego hoc Verno tempore negotiis ita destineor, vt vix huic tantulæ Exentrationi tempus habuerim, atque id dereptum à summis occupationibus. Quamvis & hæc pauca, quæ ἔθουχ inſtar ad poſteritatem extare cupio, Lectori ſufficiant ad λέοντα cognoscendum, & ex hiſce de cæteris Sophiſtæ ſcriptis, quæ meditatur, diuinandum. Non enim animus mihi eſt cum homine maledico in poſterum decertare, & Sophiſticam ipſius picem attrectando memet inquinare, aut ipſius gratia, bonas horas perdere. Inſanabilem namque habet animum, qui nequitiam perbibit ac ita viſceribus hoc virus immiſcuit, vt niſi cum ipſis exire non poſſit: & etiamſi contuderis hunc in mortario cum piſtillo quaſi ptisanam, non auferetur tamen ab eo

ſtulticia eius. *Proverb. cap.*

27. v. 22.

F I N I S.



CAPE TAX!

EX-BEANO, CARMINI-PERDA, MVS
famelice, Scurra Visto-lege,

ERVDITIONIS AC NOBILITATIS VERBE- ZIANÆ ROSOR,

&

Lege istæc, ad formam Phaselli Catulliani, in te
meritissimè torta, & tandem

SAPERE AVDE:

Minimùm, leges Profodiæ ne migrato.

E *Vpraxius ille, qui pin sit Verbezium,
Ait fuisse Scurrarum nigerrimus;
Nec bullientis vspiam massam picis
Nequisse praterire, sive dentibus
Opus foret, seu sacro lingue vomere.
Et hoc negat Molitoris Suevarum Alpium
Negare pistrinum, atque flumen Neccarum;
Vlmanquè nobilem, Augustamquè Rbaticam:
Vbi iste, iam Lavernio, antea levis
Volabat umbra: dumquè modò spica tineæ
Verbezium nigrat calamo, erigit comam.
Atricamini Demonum, Ditis palus,
Vobis fuisse, & esse hæc quàm notissima*

Eupraxius inquit: ultimis ex Tartaris
Hauisse lingue ait Virus, quo conspuit
Verbezi Torquem aureum ter-nobilis,
Et inde chartas imbuisse ignobiles,
Nil pensi habentem, Vera seu Mendacia
Effunderet fatens anima, ut cunq, impio
Lictor pararit geruli figulo compedes.

Nec vlla Pudori vota, sed sororibus
Furiis sibi esse facta: nempe si faces
Calumniarum optatò adhaeserint, dein
Non nolle se in furca guttur sibi claudier.

Sed ista sic habeant. Bonà Verbezius
Senet quiete: sequè dedicat Tibi
Augusta Aquila, atque Aquila Augusti
Atriae Patris.

M. Christophorus Franciscus Schoberus, non
Rhætus, sed, vt scias, Carniolanus, Verbe-
zii ex Sorore Nepos, verus ille Gregorius
Faventius, Medicinæ Auditor.

F I N I S.